

minus malum erat pueros illos mittere; ergo, etc.

Prob. min. Nisi eos misisset Simon, inimicitiam magnam sumpsisset ad populum Israel, id est populus Israel fuisset ei summe inimicus, ut eruitur ex versu 17, et haud dubie rebellando dixisset: *Quia non misit ei argentum, et pueros propterea (Jonathas) perit.* Ex altera parte jure poterat timere ne Tryphon, sicut occiderat omnes socios Jonathæ, sic et ipsum Jonatham occideret. Minus malum erat pueros mittere cum pecuniis, atque periculo exponere, quam tumultum populi et militum, tam periculoso tempore expectare; præcipue cum equidem per tumultuantem populum pueri mittendi forent, licet Simon fuisset invitus: nam ut mitterentur, volebant omnes amore Jonathæ.

Insuper non erat certum, pueros esse occidendos. Nam Simon sperare poterat, fore ut Tryphon cum patre filios teneret captivos, donec forte major summa pecuniaria in omnium redemptionem penderetur, vel sub iniquis etiam conditionibus, modo cultui divino non repugnarent, pax iniretur. Licet igitur pueri isti exponerentur periculo mortis; tamen Simon eos mittendo nullatenus cooperabatur homicidio: quia respectu istius periculi habebat se permissive, idque ad evitandum majus malum, quod certo erat secuturum: siquidem si eos non misisset, haud dubie secuta fuisset rebellio populi et militum, ex qua rebellione in istis rerum circumstantiis imminerebat plenus interitus reipublicæ judaicæ.

Petes, quinam sint quatuor fratres Simonis, super quorum sepulcrum dicitur extruxisse septem pyramides.

R. Postquam impius Tryphon Jonatham ac filios ejus occidisset, lib. I, cap. XIII, 25: *Simon accepit ossa Jonathæ fratris sui, et sepelivit ea in Modin civitate patrum ejus...* §. 27: *Et edificavit super sepulcrum patris sui et fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retro et ante:* §. 28: *Et statuit septem pyramidas, unam contra unam patri et matri et quatuor fratribus.* Hi autem quatuor Simonis fratres nominantur, lib. I cap. II, 2 et seq. omnesque jam mortui erant, nempe Joannes a Madabensibus, Eleazarus sub elephante, Judas in prælio, Jonathas a Tryphone occisi. Itaque patri et matri, et his quatuor fratribus Simon statuit pyramides sex, sibi vero extruxit septimam. Quod vero Eleazar ille, qui sub elephante occubuit, fuerit unus ex fratribus Simonis, testatur Josephus lib. XII Antiq. cap. 14, ubi dicit, Eleazarum istum esse fratrem Judæ Machabæi.

Dices: Eleazar iste, qui mortuus est sub elephante, lib. I, cap. VI, 45, dicitur *filius Saura*; ergo non est ille, qui erat frater Judæ et Simonis: nam illi erant filii Mathathie.

R. neg. consequ.: quia vox *Saura* non debet intelligi tanquam nomen proprium, sed appellativum, quo proprietas aliqua Eleazari designatur, nempe fortitudo, quasi diceretur: Eleazar filius fortitudinis. Unde vox *Saura* non est nomen patris, sed agnomen Eleazari, qui teste Josepho, tantum facinus, Juda

fratre suo auctore, tentavit. Cap. 2 hujus libri vocatur *Abaron*, et ibidem in textu græco *Avaran*. Teste autem Serario, *Avar* significat idem, ac *roborare vel fortificare*. Unde sicut Mamilus, aut Manilius, non a patre, sed ab occiso hoste, et detracto torque aureo, apud Livium lib. VII dicitur *Torquatus*, ita Eleazar ab actu fortitudinis dicitur *Abaron*, *Avarani*, vel *Saura*.

QUÆSTIO VII. — DE QUIBUSDAM ALIIS HISTORIAM MACHABÆORUM CONCERNENTIBUS.

Quæres 1. cur, lib. II, cap. III, cognita intentione Heliodori fuerit tanta consternatio inter Judæos, quandoquidem, ut patet ex responso Oniæ, nullam vellet injuriam loco sacro inferre, sed tantum ad regem deferre pecunias, non sacras, seu quæ pertinebant ad templum, sed alias, quæ in templo depositæ erant a viduis et a Tobia.

R. Quia omnes credebant, loco illi sanctissimo omnimodam deberi immunitatem, ita ut quidquid ibidem depositum esset, fidelissime servaretur. Hanc autem immunitatem videbant pessumdandam, si Heliodorus intentum suum consequeretur. Et ob eam rationem erat fletus communis ac ejulatus. Unde de hac re sic loquitur S. Ambros., lib. II Offic., cap. 29: *Cum indicium factum est pecuniarum, quas in templo Jerosolymis reperiri posse, Simon nefarius regi prodidit, missus in Jerusalem Heliodorus ad templum venit. Flebant omnes, quod in contemptum locus venturus foret, si nec in Dei templo tuta fidei servaretur custodia.*

Q. 2. quis sit sensus verborum Oniæ, lib. II, cap. III, 12: *Decipi vero eos, qui credidissent loco et templo, quod per universum mundum honoratur, pro sui veneratione et sanctitate omnino impossibile esse.*

Respondeo locum istum secundum se esse obscurum, nec manendo in solo textu nostro, præcise seu omnino exacte sciri posse, quid per illa verba velit Onias. In græca autem editione nihil est obscuritatis; nam sic sonat: *Per injuriam autem fraudari eos, qui sanctitate loci, et majestate templi per universum mundum honorati, ejusque immunitati confisi essent (deponentes videlicet ibi pecuniam suam) id per absurdum esse ac prorsus indignum, nempe pecunias ex illo loco auferre in commodum regis. Ac proinde per illa verba significat Onias, indignum esse, ac prorsus fieri non debere, seu non posse (quod interpretes noster vertit: Impossibile) ut fallerentur illi spe sua, qui sanctitate et securitate loci confidentes, ibidem thesauros suos, tanquam in loco tutissimo, deposuissent.*

Q. 3. quid significetur per ephēbiam, de qua agitur lib. II, cap. IV, 9.

R. vocem *ephebia* proprie significare ætatem quatuordecim, aut quindecim annorum, quando finita pueritia inchoatur adolescentia; et juvenis illam ætatem agens vocatur *ephebus*. Hoc autem loco *ephebia* significat lupanar, seu locum in quo alebantur et prostituebantur ephēbi, seu juvenes primum puberes, ut

essent scorta pro abominanda libidine contra naturam, de quibus ibidem §. 12 dicitur: *Impius Jason ausus est... optimos quosque Epheborum in lupanaribus ponere.*

Q. 4. quo sensu capite citato, §. 15, Jason vocetur non sacerdos.

R. Non ob genus aut familiam erit enim frater Oniæ legitimi pontificis, sed ob mores et vitam, sacerdotem, propter impietatem indignam, cujus specimen dedit dum contra fas extrusit Oniam, et pecuniis seipsum intrusit. Quare non eodem modo intelligendum est quod dicitur §. 25 de Menelao: *Nihil quidem habens dignum sacerdotio, animos vero crudelis tyranni, et feræ belluæ iram gerens.* Menelaus enim nec genere, nec familia, nec moribus erat sacerdos, utpote benjaminita.

Q. 5. quid sibi velit textus lib. II, cap. V, 19, in quo sic legitur: *Verum non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Deus.*

R. Deum per hoc significare, quod principaliter propter homines locum aliquem elegerit, in quo quasi habitaret, et mirabilia operaretur, ut nempe beneficeret hominibus, ad locum illum recurrentibus. Quando vero gens propter impietatem suam non merebatur gaudere privilegiis, loco illi quasi alligatis, Deus permittebat ut locus contaminaretur, a gentilibus possideretur, etc., uti factum est circa templum hierosolymitanum, de quo hic, quod ob impietatem sacerdotum et populi permisit a gentilibus contaminari. Unde hinc retunditur quorundam superstitio, putantium locum aliquem vel templum ita Deo placere, ut quantumcunque enormia sint peccata populi, non permittat locum illum profanari, etc. Contrarium enim videmus hisce nostris temporibus, quibus Deus satis ostendit, quod non propter locum, quantumcunque magnificentem et habitum sacrum, gentem elegerit, sed propter peccata gentis locum, imo tam multa loca sacra rejecerit, et profanari permiserit, partim a Turcis et partim ab hæreticis.

Neque tamen propterea cum hæreticis dicendum est, quod Deus nunquam parcat genti peccatrici propter merita sanctorum, qui locum illum incoluerunt,

et sancta conversatione iflustrarunt, vel etiam tantum suis sanctis reliquiis ornant. Nam quod Deus sæpe genti peccatrici parcat propter merita sanctorum qui locum illum incoluerunt, vel sancta conversatione illustrarunt, inter alia inde patet, quod Judæis sæpe pepercerit propter Abraham, Isaac, Jacob, et propter David servum suum: et Sodomitis pepercerit propter decem solum justos, si in eo loco fuissent inventi. Aliud igitur est eligere gentem propter locum, id est, propter nudam aliquam loci qualitatem, qua Deus incorporeus non delectatur; aliud propitium esse populo peccanti, et vindictam debitam remittere propter merita sanctorum, qui Deo placuerunt. Item quod Deus parcat peccatoribus pœnitentibus, si confugiant ad locum divino cultui deputatum, et ibi Deum orent, liquet ex lib. II Paralip., cap. VI et VII, ubi petit et impetrat Salomon veniam peccantibus Israelitis, si ad templum hierosolymitanum recurrant, ibidemque Deum orent. Sed nec hoc est gentem propter locum eligere, sed tantum genti pœnitenti indulgere propter preces, quibus locus ille deputatus est; quod tamen non faciet, si homines permaneant in peccatis, quantumcunque cum iis, de quibus Jerem. VII, dicant et clament: *Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.*

Q. 6. quis sit iste Josephus, quem cum aliis ducem populi statuit Judas, lib. II, cap. VIII, 22.

Estius alique putant fuisse unum ex fratribus nepotem, quem fratrem vocat, sicut Abraham dixit ad Loth, Gen. XIII: *Fratres enim sumus.* Sed

R. Verosimilius hic Josephus erat germanus Judæ frater Eleazar, qui binomius etiam vocatus est Josephus: neque enim est verosimile Eleazarum hic abfuisse. Nec refert, quod ille Eleazar oppressus sit ab elephante: nam hæc historia prior est tempore quam illa, de qua lib. I, cap. VII: nam in hac pugna superstes est Nicanor, in lib. autem I nulla est pugna cum Nicanore nisi illa, capite VII, in qua et cæsus legitur. Proinde Eleazarus ille cum aliis hoc loco plenus victor fuit; cap. autem VI, lib. I cecidit ut pugil animosus, dum tanquam dux ipsum regem perimere meditabatur, quem elephanti insidare arbitrabatur.

## INDEX RERUM.

### QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

PARS PRIMA. DILUCIDIATIO IN LIBRUM GENESIS.	
PREFATIO.	5-6
Quæstio præliminaris. An Moyses scripserit quinque priores S. Scripturæ libros.	5
Solvuntur argumenta.	7
CAPUT PRIMUM. — Quæst. I. Quid intelligatur v. 1 per principium, in quo creavit Deus cælum et terram.	11
Solvuntur argumenta.	12
Quæst. II. Quis fuerit ille Spiritus Dei, qui ferebatur super aquas.	15
Solvuntur argumenta.	16
Quæst. III. Quid v. 6 intelligatur per firmamentum, et an super illud aquæ naturales reperiantur.	19
Solvuntur argumenta.	20
Quæst. IV. Utrum aves, æque ac pisces, ex aqua productæ sint.	24
Quæst. V. An Adam fuerit omnium hominum primus.	26
Solvuntur argumenta.	27
CAP. II. — Quæst. I. De paradiso terrestri.	33
§ 1. De Fuvio, qui egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde dividitur in quatuor capita.	34
§ 2. Quo in loco conditus fuerit paradysus.	38
Quæst. II. Utrum paradysus adamiticus etiamnum existat.	42
Solvuntur argumenta.	45
Quæst. III. De formatione Adami et Evæ.	47
CAP. III. — Quæst. I. An v. 1 agatur de vero serpente.	51
Quæst. II. Quid intelligatur dum serpenti dicitur v. 15: Inimicitias ponam, etc.	54
CAP. IV. — Quæst. I. A quo Cain et Abel sacrificandorum acceperint.	56
Solvuntur argumenta.	57

- Quaest. II. Quo sensu dixerit Deus ad Cain, v. 7: Sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius. 60  
Solvuntur argumenta. 61  
Quaest. III. An Lamech peccaverit ducendo secundam uxorem. 63  
Quaest. IV. Quomodo v. 26 dicatur de Eos: Iste cepit invocare nomen Domini. 65  
CAP. V. — Quaest. I. An anni primorum hominum fuerint pares nostris. 66  
Solvuntur argumenta. 67  
Quaest. II. Utrum protoparentes egerint poenitentiam, et sint salvati. 70  
Quaest. III. An Sem sit primogenitus filiorum Noe. 75  
CAP. VI. — Quaest. I. Quinam intelligantur per filios, et filias hominum. 76  
Quaest. II. Quaedam resolvuntur. 79  
CAP. VII. — Quaest. I. De animalibus, quae fuerunt in arca. 81  
Quaest. II. De tempore, quo factum est diluvium. 82  
CAP. VIII. — Quaest. I. Quomodo concilietur textus hebraicus cum nostro, ubi de corvo dicitur v. 8: Egrediebatur, et non revertebatur. 85  
Quaest. II. Quot anni fluxerint a mundo condito usque ad finem diluvii. 84  
§ I. Cui chronologiae adherendum sit. *Ibid.*  
Solvuntur argumenta. 88  
§ 2. Quandiu diluvium duraverit, et quomodo ejus chronologia formari debeat. 95  
§ 3. Quomodo a mundo condito usque ad finem diluvii deducatur chronologia. 96  
CAP. IX. — Quaest. I. An peccaverit Noe per ebrietatem de qua vers. 21. *Ibid.*  
Solvuntur argumenta. 98  
Quaest. II. Quomodo caetera huc spectantia resolvantur. 99  
CAP. X. — Quaest. I. Quis et qualis fuerit iste Nemrod, de quo v. 8. 100  
Quaest. II. Utrum divisio linguarum et gentium contigerit in ortu Phaleg, et inde nomen sit ei inditum; an vero contigerit in ulteriores ejus aetate. 103  
CAP. XI. — Quaest. I. An inter Arphaxad et Sale, v. 12, omisus sit Cainan. 106  
Solvuntur argumenta. 108  
Quaest. II. Quo anno patris sui Thare natus sit Abraham. 113  
§ I. Proponitur ac propugnatur sententia asserens Abram esse natum anno patris sui 130. *Ibid.*  
Solvuntur argumenta. 115  
§ 2. Proponitur ac propugnatur sententia asserens Abram esse natum anno patris sui 70. 122  
Solvuntur argumenta. 125  
CAP. XII. — Quaest. I. De vocatione Abrae, et promissione ad eum facta. 127  
Solvuntur argumenta. 129  
Quaest. II. An dicto vel facto hoc capite peccaverit Abram. 130  
CAP. XIII. — Quaest. I. An Lot se disjungens ab Abram fuerit culpabilis. 141  
Quaest. II. Quomodo Abram potuerit ex uno loco omnem terram Chanaan, semini suo promissam conspiciere. 145  
CAP. XIV. — Quaest. I. Unde Abram hic vocetur Hebraeus, et an juste irruerit in reges, qui abduxerant Lot. 143  
Quaest. II. Quis, et qualis fuerit Melchisedech rex Salem. 149  
Quaest. III. An Melchisedech verum obtulerit sacrificium praefigurans sacrificium Missae. 152  
Solvuntur argumenta. 155  
CAP. XV. — Quaest. I. De symbolis, quibus triplex generatio, ac status populi judaici in Aegypto sunt praesignata Abrae. 164  
Quaest. II. Quomodo concilietur textus hic v. 15 cum Exodi XII, vers. 40. 166  
Solvuntur argumenta. 171  
CAP. XVI. — Quaest. unica. De conjugio Abrae cum Agar ancilla aegyptiaca. 176  
CAP. XVII. — Quaest. I. Quandonam, et in quem finem instituta sit circumcisio. 180  
Quaest. II. Quo sensu dicitur v. 14: Masculus, ejus praepitui caro circumcisio non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. 182  
Solvuntur argumenta. 184  
Quaest. III. An Abrahami impotentia ad generandum, de qua v. 17, fuerit absoluta, an vero tantum respectiva. 190  
CAP. XVIII. — Quaest. unica. De tribus viris, qui Abrahamo apparuerunt. 191  
CAP. XIX. — Quaest. I. An peccaverit Lot v. 8 offerens filias suas Sodomitis. 194
- Solvuntur argumenta. 190  
Quaest. II. Quid censendum de ebrietate et incestu Lot, ac filiarum ejus. 190  
Solvuntur argumenta. 202  
CAP. XX. — Quaest. unica. Quid eruatur ex his Abrahami verbis v. 12: Vere soror mea est, filia patris mei, et non filia matris meae. 204  
CAP. XXI. — Quaest. unica. Unde nomen suum sortitus sit Isaac, et an sine culpa ejectus sit Ismael cum matre sua. 205  
CAP. XXII. — Quaest. unica. An laudem promeruerit Abraham volendo immolare filium suum Isaac. 208  
CAP. XXIII. — Quaest. unica. Quomodo conciliandus textus hic v. 8 cum verbis S. Stephani Act. VII, v. 15 et 16. 210  
Solvuntur argumenta. 211  
CAP. XXIV. — Quaest. unica. De juramento famuli Abraham etposito a se signo, quo futuram Isaac uxorem dignosceret. 219  
CAP. XXV. — Quaest. I. De conjugio Abraham cum Cetura, et morte illius patriarchae. 220  
Quaest. II. Quid indicet oraculum divinum de geminis, adhuc in utero Rebecca conclusis. 221  
Quaest. III. An et quomodo peccaverit Esau vendendo, et Jacob emendo primogenita. 222  
Solvuntur argumenta. 224  
Quaest. IV. De quibusdam aliis huc spectantibus. 227  
CAP. XXVI. — Quaest. unica. An idem sit Abimelech, de quo hic et cap. 20. 228  
CAP. XXVII. — Quaest. unica. An dicta et facta Jacob praecipiens benedictionem fratri suo, excusari possint a mendacio. 252  
CAP. XXVIII. — Quaest. unica. An hoc cap. culpandus sit Jacob. 253  
CAP. XXIX. — Quaest. I. An in initio, an vero in fine primae septennii, Laban fecerit nuptias. 240  
Quaest. II. An et quomodo hic peccaverit Laban, et Jacob. 245  
Quaest. III. An Jacob potius sit optatis nuptiis Rachel in initio alterius septennii, an in fine. 245  
CAP. XXX. — Quaest. I. An culpabilis sit Jacob, quod quatuor acceperit uxores. 246  
Quaest. II. De Nativitate Joseph. 247  
Quaest. III. An Jacob in novo pacto, quod iniiit cum Laban, alicuius peccati reus fuerit. 248  
CAP. XXXI. — Quaest. I. Cur Jacob inscio Laban cum uxoribus et liberis abierit. 252  
Quaest. II. De federe et juramento inter Jacob et Laban. 255  
CAP. XXXII. — Quaest. unica. Quis fuerit iste vir qui luctatus est cum Jacob vers. 24. 254  
CAP. XXXIII. — Quaest. unica. An hoc cap. in aliquo deliquerit Jacob. 256  
CAP. XXXIV. — Quaest. unica. An et quomodo peccaverint Simeon et Levi, auctores caedis. 258  
CAP. XXXV. — Quaest. unica. An hoc cap. alicujus peccati arguendus sit Jacob. 259  
CAP. XXXVI. — Quaedam resolvuntur. 262  
CAP. XXXVII. — Quaest. unica. Quomodo verificentur duo somnia Joseph. 265  
CAP. XXXVIII. — Quaest. I. An ea, quae hic narratur de Juda ejusque filiis ac nuru, contingere potuerint tempore medio inter venditionem Joseph, et descensum Jacob in Aegyptum. 266  
Quaest. II. Quale peccatum hic commiserit Judas, et quale Thamar. 270  
CAP. XXXIX, XL, XLI. — Quaest. unica. An his tribus capitibus alicujus peccati sit arguendus Joseph. 272  
CAP. XLII. — Quaest. unica. An hoc cap. alicujus peccati arguendus sit Joseph. 277  
CAP. XLIII, XLIV, XLV. — Quaest. unica. An in omnibus hic factis a peccato possit vindicari Joseph. 282  
CAP. XLVI. — Quaest. I. Quomodo vers. 15 sibi constet numerus 55 posterorum Lia. 287  
Quaest. II. De numero eorum, qui ex familia Jacob ingressi sunt Aegyptum. 289  
§ I. Proponuntur et examinantur quaedam sententiae. *Ibid.*  
§ 2. Proponitur et propugnatur sententia verisimilior. 291  
Solvuntur argumenta. 295  
CAP. XLVII. — Quaest. I. — Quare Jacob tanfopere optaverit sepeliri in Chanaan, et cur desuper a Josepho juramentum postulaverit. 299  
Quaest. II. An cum textu nostro pariter retinenda sit lectio LXX Interp. qui vers. 31 legunt: Adoravit Israel fastigium virgae ejus. 300  
CAP. XLVIII. — Quaest. unica. Cur Jacob benedice-

- illis Joseph, sibi adoptatis, dexteram imposuerit minori, sinistram majori. 301  
CAP. XLIX. — Quaest. I. Quid vaticinatus sit Jacob de primogenito suo Ruben. 302  
Quaest. II. Quandonam facta sit dispersio Simeonis et Levi, quam hic praedicit Jacob. 305  
Quaest. III. Qualis fuerit benedictio, quam Jacob imperitus est filio suo Juda. 304  
Quaest. IV. Utrum hoc Jacobi oraculum: Non auferetur sceptrum de Juda, etc., fuerit impletum in natiuitate Christi. 306  
Solvuntur argumenta. 308  
Quaest. V. De benedictionibus reliquorum patriarcharum. 319  
CAP. L. — Varia resolvuntur de pompa funeris, et planctu Aegypti super Jacob: item de Josepho consolante fratres, etc. 321  
PARS SECUNDA. DILUCIDATIO IN LIBRUM EXODI. PRAEFATIO. 323-324  
CAP. PRIMUM. — Quaest. I. An fecunditas et multiplicatio filiorum Israel in Aegypto sit adscribenda soli naturae, an etiam singulari Dei beneficio. 325  
Quaest. II. Quis fuerit rex novus Aegypti, qui oppressit Israelitas. 326  
Quaest. III. Quandonam inceperit, et quando duraverit dura servitus Israelitarum in Aegypto. 327  
Quaest. IV. An Deus remuneraverit mendacium obstetricum. 330  
CAP. II. — Quaest. I. Quomodo facilius servari poterit Aaron quam Moyses, et an hic natus sit ex matrimonio incestuoso. 331  
Quaest. II. An culpandi sint parentes Moysis quod exposuerint eum in careto ripae fluminis. 332  
Quaest. III. An Moyses juste occiderit Aegyptium. 335  
CAP. III. — Quaest. I. An revera apparuerit Deus in rubo ardente, an autem angelus vicem Dei gerens. 337  
Solvuntur argumenta. 338  
Quaest. II. De quibusdam aliis huc spectantibus. 342  
CAP. IV. — Quaest. I. Quid significaverit virga Moysis in colubrum versa. Quid manus leprosa, quid sanata. 345  
Quaest. III. An Moyses fuerit revera ineloquens, et peccaverit nimium renitendo missioni divinae. 345  
Quaest. IV. Cui angelus intenterit mortem; an Moysi, an filio ejus. et quae fuerit causa tanti periculi. 347  
CAP. V, VI. — Quaedam resolvuntur. 349  
CAP. VII, VIII, IX, X, XI. — Quaest. I. An fuerint veri dracones seu serpentes, in quos leguntur versa virgae magorum. 351  
Quaest. II. Quomodo virgae magorum potuerint verii in dracones. 355  
Quaest. III. De decem plagis aegyptiacis. 356  
Quaest. IV. Quinam intelligantur nomine primo genitorum. 363  
Quaest. V. Qualis fuerit ille percussor, an bonus, an malus angelus. 363  
CAP. XII. — Quaest. I. Quomodo apud Hebraeos differat annus sacer a communi seu vulgari, et undenam mensium nomina ipsi acceperint. 370  
Quaest. II. De agno paschali ejusque qualitatibus. 371  
Quaest. III. Quo ministro esset agnus immolandus. 372  
Quaest. IV. Quaedam alia resolvuntur. 376  
CAP. XIII. — Quaest. I. Quid sibi velit lex de sanctificatione primogenitis. 378  
Quaest. II. An retinenda sit lectio nostra, ubi vers. 18 dicitur: Et armati ascenderunt filii Israel de terra Aegypti. 379  
CAP. XIV. — Quaest. I. De divisione et transitu maris Rubri. 382  
Quaest. II. Utrum revera Haebraei a littore Aegypti ad oppositum littus, medias inter maris Rubri aquas pervenerint. 384  
Solvuntur argumenta. 386  
CAP. XV. — Quaest. I. De carmine, quod pro parte victoriae ceclit Moyses cum filiis Israel. 390  
Quaest. II. An virtus istius ligni, quo Moyses aquas amaras reddidit dulces, fuerit naturalis. 391  
CAP. XVI. — Quaest. I. An primus dies, quo pluit manna fuerit dominicus. 392  
Quaest. II. An manna tam probis quam improbis indifferenter praebuerit omne delectamentum et omnis saporis suavitate. 395  
CAP. XVII. — Quaest. I. De percussione petrae, ex qua fluxit aqua. 395  
Quaest. II. De bello Amalec contra Israelitas. 397  
CAP. XVIII. — Quaest. I. Quis et qualis fuerit iste Jethro. 398  
Quaest. II. An ea quae hic narratur de Jethro, exponenda sint per prolepsin seu anticipationem. 400
- CAP. XIX. — Quaest. unica. Quo die post exitum de Aegypto data sit lex in monte Sinai. 405  
CAP. XX, XXI, XXII, XXIII. — Quaest. I. Quae partitio in praecipis Decalogi praefenda et servanda sit. 407  
Quaest. II. De dimissione servi Hebraei. 411  
Quaest. III. An lex talionis, Judaeis praescripta, fuerit fomes, an potius limes vindictae. 413  
CAP. XXIV. — Quaest. I. De 70 senibus deputatis pro populo et altari a Moysae aedificato. 415  
Quaest. II. Cur Moyses acceptum sanguinem partim fuderit super altare, partim resperserit in populum. 416  
Quaest. III. Sub qua forma Moyses et designati principes populi viderint Deum Israel. 418  
CAP. XXV. — Quaest. I. Cujus materia et forma fuerit arca foederis, et quid in ea contineretur. 419  
Solvuntur argumenta. 420  
Quaest. II. An propitiatorium fuerit supra arcam elevatum, an vero immediatum ejus operculum. 424  
Solvuntur argumenta. 425  
CAP. XXVI. — Quaest. unica. De structura tabernaculi. 427  
CAP. XXVII. — Quaest. unica. Quale fuerit altare holocaustorum. 429  
Solvuntur argumenta. 430  
CAP. XXVIII. — Quaest. I. De prima veste pontificis propria, dicta superhumerali. 435  
Quaest. II. Cujusmodi fuerit rationale iudicii, quod pontifex supra pectus gestabat. 435  
Quaest. III. An in rationali iudicii fuerint characteribus expressa doctrina et veritas. *Ibid.*  
Solvuntur argumenta. 437  
CAP. XXX. — Quaest. I. Quale fuerit altare thymiamatis. 440  
Quaest. II. An altare thymiamatis fuerit constitutum in sancto sanctorum, an autem in sancto tantum. 442  
Solvuntur argumenta. 449  
CAP. XXXI. — Quaedam explicantur. 459  
CAP. XXXII. — Quaest. I. Cur rem adeo pretiosam, scilicet in aureas petierit Aaron ad conflandum vitulum et quomodo peccaverit idololatriae cooperando. 461  
Quaest. II. An Hebraei in vitulo adoraverint verum Deum, an potius vitulum. 462  
Quaest. III. An noster textus, ubi dicuntur cecidisse de populo quasi 25,000, praefendus sit caeteris editionibus, ubi tantum numerantur 5,000. 465  
§ I. Proponitur opinio, quae asserit cecidisse quasi 25,000. 464  
§ II. Proponitur opinio, quae asserit cecidisse tantum quasi 5,000. 467  
Quaest. IV. An dum Moyses Deum rogavit, aut populo noxam dimitti, aut se deleri de libro quem Deus scriperat congrue intelligatur liber praedestinationis. 468  
CAP. XXXIII. — Quaedam resolvuntur. 470  
CAP. XXXIV. — Quaest. unica. Uter scripsit Decalogum in secundis tabulis, an Deus, an Moyses. 471  
CAP. XXXV et quatuor seq. — Quaedam resolvuntur. 475  
CAP. XL. — Quaest. unica. De erectione tabernaculi. 477  
PARS TERTIA. DILUCIDATIO IN LIBRUM LEVITICI. PRAEFATIO. 477-478  
CAP. I. — Quaest. I. An sacrificia veteris legis fuerint bona, sacra, ac Deo grata. 479  
Quaest. II. De holocausto, et conditionibus ad illud requisitis. 482  
Quaest. III. Quo ritu offerebatur holocaustum ex animalibus minoribus. 483  
CAP. II. — Quaest. I. Cujusmodi fuerit oblatio, quam Hebraei appellant *mincha* et an fuerit verum sacrificium. 486  
Quaest. II. Ob quas rationes Deus instituerit sacrificium farinaceum. 487  
CAP. III. — Quaest. I. Unde dicta sit hostia pacifica, et quis ejus usus. 488  
Quaest. II. An Judaei debuerint abstinere ab omni adipi eumque Deo consecrare. 489  
CAP. IV. — Quaest. I. An lex hostiae pro peccato non tantum extendatur ad praecipia caeremonialia, sed etiam ad naturalia. 495  
Quaest. II. De hostia pro peccato pontificis. 494  
CAP. V. — Quaest. I. Quomodo, qui juravit male quid facere, oblitusque postea intellexerit, iuraret poenitere, cum juramentum de re mala non obliget. 497  
Quaest. II. An Judaeis ad remissionem peccati coram Deo, opus fuerit speciali confessione. 499  
CAP. VI. — Quaest. I. An lex offerendi hostias pro expiandis injuriis, in proximum commissis, respiciat solos casus occultos. 508

- Quaest. II. De sacrificio vespertino, quod Deus tota nocte ardere voluit, et igne perpetuo. 501  
 CAP. VII. — Quaest. I. An vers. 7 per peccatum recte intelligatur commissio, et per delictum omissio. 502  
 Quaest. II. An per peccatum rectius intelligatur culpa scienter commissi, per delictum vero noxa ignoranter perpetrata. 505  
 CAP. VIII. — Quaest. unica. An consecratio Aaronis et filiorum ejus contigerit eodem die, quo erectum est tabernaculum. 505  
 CAP. IX. — Quaest. I. Quando et quomodo Aaron celebraverit primitias. 506  
 Quaest. II. Cur ignem coelestem Deus miserit, qui devoraret victimas Aaronis, et quandiu hic sacer ignis servatus fuerit. 508  
 CAP. X. — Quaest. I. Quale fuerit incensum, quod Nadab et Abiu Deo obtulerunt ex igne alieno. 509  
 Quaest. II. Quaedam alia ad hoc cap. spectantia resolvuntur. 512  
 CAP. XI. — Quaedam resolvuntur. 514  
 CAP. XII. — Quaest. I. An lex purificationis etiam comprehenderit D. Virginem. 515  
 Quaest. II. An sacrificia puerperae praescripta, non tantum pro matre pariente, sed et pro prole oblata sint. 518  
 CAP. XVI. — Quaest. I. Quo tempore, et qua de causa Deus instituerit festum expiationis. 522  
 Quaest. II. Quenam caeremoniae fuerint adhibita singulis annis in festo Expiationis. 524  
 Quaest. III. Cui oblati fuerit caper emissarius. 526  
 Quaest. IV. Quomodo potuerit pontifex sanguinem vituli spargere, et orare conversus ad orientem. 529  
 Quaest. V. Cujus altaris cornua asperserit pontifex sanguine vituli et hirci. 550  
 CAP. XVII. — Quaedam resolvuntur. 553  
 CAP. XVIII. — Quaest. I. Qualis vita hic promittitur observantibus Dei mandata, an temporalis, an aeterna. 553  
 Quaest. II. An aequae expressis terminis prohibeatur conjugium filiae cum patre, ac filii cum matre. 559  
 CAP. XIX. — Quaedam explicantur. 541  
 CAP. XX. — Quaest. I. An Moloch fuerit Deus Ammonitarum, cui parentes filios suos consecrabant per ignem, et quis fuerit hujus consecrationis ritus. 544  
 Quaest. II. Quaedam alia resolvuntur. 546  
 CAP. XXI. — Quaest. I. Quomodo prohibeatur contaminari pontifex ex ingressu ad mortuum patrem, cum non videatur potuisse esse pontifex nisi illo mortuo. 548  
 Quaest. II. An pontifex et sacerdotes aaronici adstricti fuerint, ad ducendas uxores de sola tribu Levi. 550  
 CAP. XXII. — Quaest. unica. Quinam potuerint vesci carnibus sanctificatis, quae ex hostia pacifica cedebant in partem sacerdotis. 551  
 CAP. XXIII. — Quaest. I. Quot festa habuerint Judaei, et quae inter illa differentia. 555  
 Quaest. II. Quo die Judaei celebraverint festum Azymorum, obtulerint manipulum spicarum, et quomodo computaverint festum Pentecostes. 554  
 CAP. XXIV. — Quaest. unica. Cur Moyses blasphemum non punierit, nisi prius obtento divino responso. 556  
 CAP. XXV. — Quaest. I. An Domino fundi non licuerit anno sabbatico quidquam colligere ex vinea vel agro. 557  
 Quaest. II. Quomodo apud Judaeos computaretur annus jubilaeus. 558  
 Quaest. III. Quandonam computus annorum sabbaticorum, et jubilaei primum inceperit. 562  
 Quaest. IV. Quibus de causis Deus voluerit, ut Hebraei in jubilaeis redirent ad possessiones suas, et quid statuerit circa domos urbanas et suburbanas. 565  
 CAP. XXVII. — Quaest. I. Cur Deus praescripserit redemptionem votorum, quibus Hebraei se dedicabant ministerio tabernaculi. 565  
 Quaest. II. Cujusmodi fuerit votum, quo res ita consecratur Deo, ut destrui deberet, aut naturaliter aut civiliter. 566  
**PARS QUARTA. DILUCIDATIO IN LIBRUM NUMERORUM.**  
 Praefatio. 567-568  
 CAP. I. — Quaest. I. An et quomodo differat haec enumeratio Israelitarum ab ea, quae refertur Exod. XXXVIII, et ob quem finem facta sit. 567  
 Quaest. II. Quales fuerint principes tribuum, et cur Moysi fuerint adjuncti. 570  
 CAP. II. — Quaest. unica. Quae tribus militarent sub quo libet vexillo. 571  
 CAP. III. — Quaest. I. An per custodias, levitis praecipuas, congrue intelligantur vigiliae nocturnae. 572

- Quaest. II. De numeratione levitarum. 575  
 CAP. IV. — Quaest. unica. An supra mensam propositionis Deus mandaverit semper panes esse, etiam cum portaretur per desertum. 575  
 CAP. V, VI. — Quaest. I. Quomodo pro peccato injustitiae hic praescribatur restitutio summam capitalis, et quinta insubter partis. 577  
 Quaest. II. Quenam caeremoniae adhiberentur, dum mariti uxores, de adulterio suspectas, explorabant per aquas maledictas. 578  
 Quaest. III. De voto et consecratione Nazaraeorum: item de forma benedictionis, qua sacerdotes benedicebant populo. 579  
 CAP. VII. — Quaest. unica. Quo tempore facta sit oblatio per principes singularum tribuum. 581  
 CAP. IX. — Quaest. unica. An hic servetur ordo historiae et temporis: et quando immundi debuerint celebrare pascha. 583  
 CAP. X. — Quaest. I. An Hebraei primo venerint in desertum Pharan; et quis servatus ordo, dum castrorum acies proficiscebatur. 586  
 Quaest. II. Quis fuerit iste Hobab, de quo v. 29. 587  
 CAP. XI. — Quaest. I. An murmur populi ob laborem itineris et desiderium carnis fuerit unum et idem. 589  
 Quaest. II. Quomodo Moyses dicat se non posse solum sustinere onus, et quomodo Deus ejus spiritum dividerit septuaginta senioribus. 591  
 Quaest. III. An Moyses hic peccaverit. 592  
 CAP. XII, XIII, XIV, XV. — Quaest. I. Quae fuerit illa Aethiopiassa uxor Moysi. 595  
 Quaest. II. An haec mansio in Cades sit eadem cum mansione trigesima tertia. 594  
 Quaest. III. An ex iis, qui de Aegypto exiverunt, soli Josue et Caleb intraverint terram promissionis. 595  
 CAP. XVI. — Quaest. unica. An Core cum filiis fuerit a terra absorptus. 597  
 CAP. XVII, XVIII. — Quaest. I. Quale nomen fuerit inscriptum virgis principum, et qualis fuerit virga Aaronis. 600  
 Quaest. II. Quales proventus tribui Levi fuerint assignati in terra Chanaan. 601  
 CAP. XX, XXI. — Quaest. I. Quo anno peregrinationis venerint in desertum Sin, ubi mortua est Maria soror Moysi. 605  
 Quaest. II. Qua virga Moyses petram percusserit, et quomodo ad aquas contradictionis peccaverit. 604  
 CAP. XXII, XXIII, XXIV. — Quaest. I. Utrum Balaam fuerit propheta Dei, an diaboli. 607  
 Quaest. II. Quaedam resolvuntur de benedictione, et prophetia Balaam: item de execratione mentis, et pravo consilio ejus. 610  
 Quaest. III. An sollemnis illa prophetia: Orietur stella ex Jacob, congrue intelligatur de Christo. 612  
 CAP. XXV, XXVI. — Quaest. I. Cujusmodi fuerit idolum Beelphegor; et an Moyses jussisset principes populi occidi, an vero congregari tanquam iudices. 614  
 Quaest. II. Quomodo subsistat foedus sempiternum, quo Deus promisit Phines summum sacerdotum. 615  
 CAP. XXVII, XXVIII. — Quaest. I. Quo titulo postularint filiae Salphaad possessionem in terra promissionis. 617  
 Quaest. II. De Neomenis et festo Tubarum. 618  
 CAP. XXX. — Quaest. I. An sponsus potuerit irritare votum sponsae. 619  
 Quaest. II. An Scriptura hic loquatur de patre, aut marito irritante votum, in quod prius consensit. 620  
 CAP. XXXI. — Quaest. unica. De bello contra Madianitas. 621  
 CAP. XXXII, XXXIII. — Quaedam explicantur. 622  
 CAP. XXXIV, XXXV. — Quaest. I. Quomodo concilietur antilogia, quae habetur in hebraeo circa dimensionem suburbanorum. 624  
 Quaest. II. An licuerit Judaeis occidere interfectorem propinqui sui, ante sententiam iudicis. 625  
 CAP. XXXVI. — Quaest. unica. An omnes Hebraei, tam viri quam feminae debuerint accipere conjugem de sola sua tribu. 627  
**PARS QUINTA. DILUCIDATIO IN LIBRUM DEUTERONOMII.**  
 Praefatio. 627-628  
 CAP. I. — Quaest. unica. Quibus, ubi, quando Moyses hanc legem promulgaverit, et quinam hic dicantur termini terrae promissae. 629  
 CAP. II, III, IV, V. — Quaest. I. De transitu per Iudaeam, et de gigantibus. 651  
 Quaest. II. An Moyses peccaverit postulando ingressum in terram promissionis. 652  
 Quaest. III. Quaedam alia resolvuntur. 654

- CAP. VII, VIII, IX, X, XI. — Quaest. I. Quare praecipiatur Judaeis, ut evertant gentes Chanaanearum; et an nullo casu licuerit cum eis inire conjugia. 654  
 Quaest. II. Quaedam explicantur. 655  
 Quaest. III. An separatio levitarum, de qua hic cap. 10, sit eadem quae vivente Aarone facta est. 656  
 Quaest. IV. De fertilitate terrae promissae, item de pluvia temporanea et serotina. 656  
 CAP. XII, XIII, XIV, XV. — Proponuntur et resolvuntur variae quaestiones. 657  
 CAP. XVII, XVIII, XIX. — Quaest. I. Quis fuerit in vet. lege supremus Judex controversiarum. 659  
 Quaest. II. An ultimata decisio, et iudicium, tam in civilibus, quam in sacris olim pertinuerit ad pontificem vet. legis. 640  
 Quaest. III. An per prophetam illum, qui cap. XVIII dicitur suscitandus, intelligi debeat Christus. 642  
 Quaest. IV. An cap. XIX fiat mentio de tribus novis uribus refugii, ita ut universim fuerint novem. 645  
 CAP. XXI, XXII, XXIII. — Quaest. I. Cur potius maledictus dicatur a Deo, qui pendet in ligno, quam qui moritur alio supplicii genere. 645  
 Quaest. II. Quid intelligatur per Ecclesiam, a cujus ingressu prohibentur Ammonitae, et alii. 646  
 CAP. XXV, XXVI. — Quaest. I. De lege suscitandi semen fratri, sine liberis defuncto. 648  
 Quaest. II. Quomodo intelligatur quod jubentur Hebraei in professione gratitudinis dicere: Syrus persequebatur patrem meum. 650  
 CAP. XXIX, XXX, XXXI. — Quaest. I. Quo sensu dicatur, quod vestimenta Hebraeorum non sint attrita. 651  
 Quaest. II. Quaedam alia resolvuntur. 655  
 CAP. XXXIV. — Quaest. unica. De morte et sepultura Moysi.  
**PARS SEPTIMA. DILUCIDATIO IN LIBRUM JOSUE.**  
 Praefatio. 655-656  
 Quaestio praeliminaris. Quis sit hujus libri auctor. 657  
 CAP. I. — Quaestio prima. — Quando apparitio Dei ad Josue facta sit. 658  
 Quaest. II. Quid intelligatur per cibaria quae jubet Josue preparari; et quo sensu dicat Israelitas post triduum transiituros Jordanem. 659  
 CAP. II, III. — Quaest. I. An Rahab, quae excepit exploratores, fuerit vere fornicaria, an tantum cauponaria. 661  
 Quaest. II. An Rahab hic graviter peccaverit. 664  
 CAP. V. — Quaest. unica. Quo sensu mandet Deus Josue ut secundo circumcidat filios Israel. 665  
 CAP. VII. — Quaest. I. Cur et quomodo praevagationem unius Achan, Deus vindicaverit in aliis. 666  
 Quaest. II. Qua ratione sacrilegium Achan detectum fuerit. 668  
 Quaest. III. Quomodo Hebraei lapidaverint sacrilegum Achan, cum Deus jussisset illum igne comburi. 668  
 CAP. VIII. — Quaest. unica. Cur Josue sit jussus clypeum in altum tollere. 669  
 CAP. IX. — Quaest. I. Qua calliditate Gabaonitae ab Hebraeis, mediante juramento, incolumitatem et vitae suae conservationem obtulerunt. 670  
 Quaest. II. An Josue cum Gabaonitis foedus inire potuerit, et an cognita fraude eos delere non deberit. 671  
 Quaest. III. An juramentum a Josue et principibus populi praestitum, vere obligaverit Israelitas ad fidem datam Gabaonitis praestandam. 674  
 CAP. X. — Quaest. I. Quomodo Deus adjuverit Josue pugnante contra reges Chanaanearum. 677  
 Quaest. II. Quota diei hora, et quandiu steterit sol. 678  
 Quaedam resolvuntur. 680  
 CAP. XIII. — Quaest. I. An per fluvium turpidum qui hic constituitur terminus Judaeae meridionalis, congrue intelligatur Nilus. 681  
 Quaest. II. Quibus de causis multae civitates et ditiones in terra promissionis, multo tempore adhuc remanserint Chanaanais. 682  
 CAP. XIV. — Quaest. unica. Quo anno post exitum de Aegypto, Josue dividerit terram promissionis. 685  
 CAP. XV. — Quaest. I. Quomodo Jerusalem hic numeretur in sorte tribus Juda, cum alibi legatur pertinuisse ad sortem tribus Benjamin. 684  
 Quaest. II. Quomodo hic dicatur urbs Hebron intercepta, et gigantes deleti a Caleb, cum haec alibi a Josue gesta dicantur. 686  
 Quaest. III. An ex conjugio Othonielis cum Axa probetur quod matrimonium neptis et patris in vet. lege fuerit licitum. 687  
 CAP. XVI. — Quaest. I. Quo sensu dicantur urbes separate Ephraimitis in medio possessionis Manassensium, et quomodo intelligatur divisio terrae per sortes. 689

- Quaest. II. An peccaverint Ephraimitae non interficiendo Chanaanais. 690  
 CAP. XVII. — Quaest. unica. Quomodo dimidia tribui Manasse ceciderint faniculi, seu sortes haereditariae decem. 691  
 CAP. XVIII. — Quaest. unica. Cur Josue transtulerit tabernaculum et arcam ex Galgalis in Silo. 694  
 CAP. XIX. — Quaest. unica. An ex vers. 1 et 2 recte sequatur, quod tribus Simeon non habuerit sortem sibi propriam. 692  
 CAP. XX, XXI. — Quaedam resolvuntur. 694  
 CAP. XXIII, XXIV. — Quaest. I. Quomodo juxta textum latinum dicatur Josue congregasse populum in Sichem, cum juxta LXX legatur id factum in Silo. 695  
 Quaest. II. An S. P. Aug. docuerit, Crabrones, Israelitarum exercitui praemissos, non fuisse veros: sed metaphoricos; et quomodo dicat Josue: Non poteritis servire Domino. 696  
**PARS SEPTIMA. DILUCIDATIO IN LIBRUM JUDICUM.**  
 Praefatio. 697-698  
 CAP. I. — Quaest. I. Quam ob causam filii Israel consulerint Dominum; et an per Judam a Deo designatum, intelligatur tribus tota. 699  
 Quaest. II. De pugna contra regem Adonibeseec. 701  
 CAP. II. — Quaest. unica. An qui hic apparuit Israelitis fuerit Phinees pontifex, an autem verus angelus. 702  
 CAP. III. — Quaest. I. Quomodo Deus liberaverit Israelitas, per Othonielem, et Aod. 703  
 Quaest. II. An anni interregnum, oppressionis, et quietis seorsim ab annis iudicum sint numerandi, an vero eis includendi. 707  
 Solvuntur argumenta. 710  
 Quaest. III. Quid censendum sit de opinione eorum, qui aliter computant annos iudicum, quam nos jam eisdem computavimus. 716  
 Solvuntur argumenta. 718  
 CAP. IV. — Quaest. I. An Debhora inter iudices Israel, computari possit. 719  
 Quaest. II. An Jabel peccaverit occidendo Sisaram. 721  
 CAP. V. — Quaedam explicantur. 725  
 CAP. VI, VII, VIII. — Quaest. I. An haedum azymosque panes, quos attulit Gedeon coram angelo, produxerit ad sacrificium. 725  
 Quaest. II. An Gedeon petendo duo nova miracula peccaverit. 729  
 Quaest. III. Quid intelligatur per Ephod, quod ex spoliis Madianitarum fecit Ge deon. 751  
 Quaest. IV. An Gedeon faciendo Ephod peccaverit. 755  
 CAP. IX. — Quaest. unica. De principatu Abimelech. 757  
 CAP. X. — Quaest. unica. De iudicatura Tholae et Jair. 759  
 CAP. XI. — Quaest. I. Qualis fuerit Jephthe quoad natales fortunam, etc. 740  
 Quaest. II. An Jephthe voverit et obtulerit reale holocaustum. 742  
 Solvuntur argumenta. 744  
 Quaest. III. Quid censendum de voto Jephthe, et holocausto ab illo oblato. 746  
 § I. Proponitur sententia affirmans. 747  
 Solvuntur argumenta. 748  
 § II. Proponitur sententia negans. 751  
 CAP. XIII, XIV, XV, XVI. — Quaest. I. De conceptione et nativitate Samsonis. 753  
 Quaest. II. De nutu et aenigmate Samsonis. 756  
 Quaest. III. An Samson non tam privatus, quam publicas injurias ultus sit. 757  
 Quaest. IV. An Samson hic peccaverit ex vana gloria. 759  
 Quaest. V. Quaedam alia de Samson resolvuntur. 760  
 Quaest. VI. An Samson licite se cum hostibus ruina domus oppresserit. 762  
 CAP. XVII. — Quaest. unica. Quandonam idololatriae Michae, alique historiae contigerint, quae in sequentibus recensentur. 761  
 CAP. XVIII. — Quaest. unica. Cur et quomodo Danite novam sibi habitationem quaesierit. 767  
 CAP. XIX. — Quaest. unica. De levita Ephraim, ejusque actis. 770  
 CAP. XX. — Quaest. unica. De bello undecim tribuum contra Benjaminitas. 772  
 CAP. XXI. — Quaest. unica. Quid censendum de juramento Israelitarum. 774  
**PARS OCTAVA. DILUCIDATIO IN LIBRUM RUTH.**  
 Praefatio. 775-776